
IO. FRANCISCI PI/
ci Mirandulæ Dñi Et Conc.
Comitis &c. De Animæ im/
mortalitate DIGRESSIO.





Lucas Bettinus Florentinus Prædicatorius Nicolao Michelotio eiusdem religionis. S. P. D.

Egi his diebus optime Nicolae, oppido q̃ libens,
I apud Io. Franciscum Picum hunc nostrum Mirã-
dulæ Dominũ, Comitemq; concordiæ, literarum
omnium, hac tempestate (ut patrio utar adagio)
ceu monetæ publicũ ἐργαστήριον de animi immortalitate
digressionẽ, inter interpretãdos Aristotelis de aĩa libros nõ
minus docte, q̃ eloquenter (ut eius semper moris est) ex-
aratam. Ex qua tanta sum affectus animi uoluptate, quãta
prius tristitia fueram, qua satis discruciabar, cũ quosdam
animaduerterẽ nostræ ætatis homines, apud uulgũ plebe
iorum philosophorũ, sapiẽtiæ titulis euectos ad astra, & rei
litterariæ, hac in re, non mediocriter obfuisse, & se ipsos se-
ctatoresq; non paucos, dedisse præcipites. Nec mirũ, horũ
enim est institutũ, cõmune sane pletisq;, qui se literis de-
dunt, ut neminẽ arbitrent sapientiæ nomine dignũ, nisi q
aut Aristotelis aut Auerrois aut paucorũ suæ cuiusq; sectæ
dũtaxat scripta, & ea quidẽ barbara, præ manibus semper
habuerit, atq; utinã id tam fœliciter, q̃ impudenter, cũ sua
quisq; sensa, insulse quidẽ, ac nõ sine magnis ampullis pro
arbitrio sæpenumero persequatur, haud quaq̃ interpretis,
sed perinde atq; alchimię addicti fungatur officio. Quo cir
ca uerius Philodoxi, q̃ philosophi, optimo iure ac merito,
sunt dicendi, seu magis uocaueris non τῆς ἀληθείας φι
λοθεάμονας ut est apud Platonẽ, ἀλλ᾽ ὁμοίους φιλοσόφοις
horum quidam de animi immortalitate ita scripserunt ex
sententia Aristotelis, ut satis hac una in re, suæ inscitiæ peri
culum fecerint, si eorum scripta, cum Arist. ipso, ab eo dili-
gentius atq; exactius conferãtur, qui & antiquos interpre
tes, græcos præsertim & Platonem Platonicosq; non igno
rauerit, sine quibus qui Aristotelis philosophiam se conse-
cutum putarit, non potest non indoctus esse. Morbo huic
exitiali, occurrit noster hic author, tantis diligentia, doctri-
næ ubertate, ac prudentia, ut nihil uideatur, hac in re, de cę
tero, a quoq̃ posse desiderari, nullusq; iam sit eorum delira

mentis relictus locus, qui in philosophorum uulgo seipsos ueluti Narcisos mirantur, qui in hoc uno dũtax:t, sapiẽtes haberi possent, si ϛησίχορον emulati παλινῳδίαν canerẽt. Tu igiť mi Nicolae, hoc munusculũ grato animo accipe, quod tam & si exiguum uideatur, auro tamen & argento pretiosius iudicabis ut qui ex eius in medium prodeat sinu, a quo nihil nisi perfectũ ingenio, atq; elaboratum industria, studiosis ac doctis offertur: hanc eandem digressionem, & si scio, cum reliquis commentariis quãdoq; edẽdam, iudicaui tamen ipso ẽt authore non renitente (cui semper publica cõmoda permaxime curæ sint) ipsam per se ipsam, instar iusti uoluminis, & debere & posse prius in lucem prodire. Vale Mirãdulæ. vii. Idus Iunias. M.D.XXIII.

EX COMMENTARIIS IOANNIS FRANCISCI Pici Mirandulæ Dñi Côcordiæq; Comitis in Tertium Aristotelis de Anima Librum extracta digressio de Animæ immortalitate.



OCVS AD QVEM peruentum est, nos admonere uidet, ut de immortalitate animæ ab expositione Aristotelei côtextus digredientes, differamus: Et quid Aristoteles: de ea senserit eius discipulorum & interpretum maximeq; græcorũ authoritate uestigemus. Nam rationes & cõmunes,& proprias,quibus animæ immortalitas adstrui solet,côtraq; illas,quibus a nõnullis consueuit afferi mortalitas, pro diuersa ingenii inclinatione,pro diuerso studio,diuersoq; usu interstinguẽdi uocabula,hinc inde & labefactare multi tentant, & cõmunire,Ac unusquisq; aduersariorũ pro uirili satagit Aristotelem in suã foiam trahere q̃q̃ inuitum & reluctantẽ. Sed non hoc iter uere syncereq; philosophandi,non modus requirẽdæ tenẽdæq; ueritatis. Opere igit̃ pretiũ fortassis uidebor fecisse,primũ & rationes ipas,quibus plerîq; omnes cõsueuere seorsum adstruere aiæ immortalitatẽ cogere in unũ:& illas item,quibus ex aduerso solet inferri mortalitas easq; paucis retũdere. Isthæc.n.tangere potius & subsignare,q̃ explicare par est:ne simul facta facere uideat,& prætire silentio quæ ab aliis in controuersiã sunt adducta. Dein de Aristotelis uerba & eorũ rationes atq; authoritates philosophorũ,qui magni fuere in peripatetica familia nominis moliemur in mediũ adducere,ut clarũ sit iis,qui græce nesciunt,& extra oẽm controuersiã positũ a ueteribus peripateticis,existimatũ Aristotelẽ de animæ immortalitate sen-

Quid in hac digressione agẽdum, & quo ordine.

fisse secus ac Alexander & Auerroys censuerint: subinde q̃ uarius uterq; habeatur notū faciā. Demū eorū qui uel Alexandrū uel se ipsos in asserēda mortalitate secuti sunt, sentētias afferam, & locos indicabo, quibus moti ad contendendum ita sensisse Aristotelē atq; ex eisdem locis monstrabo, ualidissima trahi ad animæ immortalitatē asserendā argumenta, ut ipsa eorū tela quibus immortalitatē oppugnant, in suam ipsorū mortalitatem retorqueant. Sūmuntur a diuersis authoribus ad probādā immortalitatē animæ rationes, ex eleuatione eius, qua intelligimus potestatis, ex eo itē q̃ satis cōstet aīam perfici magis: nō aūt corrumpi, quo magis a corpore, eiusq; functionibus elōgat ex opatione ppria, q̃ naturā a qua ipsa manat pbe indicet & manifestet, ex eo ēt q̃ cōtemplet ea quę corruptioni minime sunt obnoxia. Q̃ d. n. perficit, ei quod perficit iusta ratione aptat, & cōgruit, q̃ uniuersalia cognoscit a materia seiuncta, quo fieri aiunt ut nō sit innexa materiæ, si illa ipsa in se se queat admittere. q̃ modo indiuisibi supra materiā, supra omnem corpoream substātiā exaltato, cognitionē suscipit, quo pacto immaterialis & incorporea prorsus extra omnē controuersiā decernatur. q̃ se ipsa nititur propriaq; natura. nō corporis mole aut adminiculo freta. Ad hæc si anima immortalis non esset, homo esset miserrimus omniū animantiū. Iam appetitus naturæ nō ad sæculū instās uerū ad omnia pariter sęcula atq; ad ipsam penitus æternitatē quæsitam cōcupitāq; protētus, inaniter plane frustraq; hoī fuisset ingenitus, si ea, quā appetit immortalitate careret. Nec bonum ipsum oīs fontē boni, tāto studio tanq̃ irreqeta uolūtate appeteret ab ea, si mortalis, & caducæ naturæ limites nō eēt egressa: quæ nec ullā ↄtrariā ppeti pōt actionē, ut inde corruptio queat oboriri. Ipsi quoq; aīæ illud inesse notissimū ē q̃ ipsa in se oīa, quæ alioq; sūt cōtraria suscipit, atq; cognoscit: eiusq; simplicis ē indiuiduęq; naturæ, ut neq; p se, neq; ex accidēti possit aboleri. Nec illi ipsi aut a sua essentia, aut a sui subiecti natura, a qua scilicet non depēdet, imminere pōt mors. q̃ñq̃dē a corpore nō pēdet qd uidelicet īformat, cui motū, uitā, sensumq; largit. Immo ē uita cui suopte ingenio

Quid in uniuersū soleat afferri p immortalitate aīæ: & q̃ rationabili⁹ locuti sint qui pro ea q̃ contra eā disputauerint.

nio repugnat interitus. Præterea nequit, principii causæue a qua duxit originẽ uel debilitate uel labe perire, qñ æterna eius cã seu mauis dicere principiũ æternũ ẽ. Illud etiã / num maximo ducitur argumẽto ꝙ supra se ipsam reflectitur mens, seq; ipsam agnoscit intrinsecus, nullo extrinsecus organo adiuta tanq̃ intermedio, tũ ꝙ habetur perfecta magis, quo magis se se a corporeis nexibus & organis absoluerit, quoq; nulli obligata rei sit sensualiũ formarum instar, sed libere operet suarum prorsus actionũ regina, nulli nulla addicta, nulli ꝑsus obnoxia. Hæc a multis magnisq; uiris pertractata, & a me ipso etiã nõ nihil cum in libris de morte Christi & propria cogitanda, tum alibi, nec ad præsens reuoluerim diligentius, neq; prolixioribus argumẽtationibus insinuauerim. Neq; id etiã, qd magni ẽ apud me momenti, libenter hoc loco explicuerim, ꝙ nõ solum se se ipsam cognoscit anima sed cognoscit & corpus, quod scilicet informat: ex qua cognitione colligi potest, ut ipsi corpori nõ sit immixta: quãdoquidem quod cognoscit a natura ipsius quod tãtũmodo cognoscitur nõ cognoscit eleuatũ, denudatũ, suopteq; ingenio diuersum est. ergo alia res, & prorsus abiuncta, quoniã se a corpore absolutam ita cognoscit, ut de eo possit ꝑ arbitrio statuere, atq; illud a se esse diuersum & cõsiderare queat, & præ uilitate atq; corruptione, cui obnoxium est, sæpe contemnere. Verũ enim uero falsæ imaginationes multæ, quæ tamen non usq; quaq; & omnino improbabiles quibusdã uideant, ueris iis possunt imaginationibus obiici, atq; hinc rationes rationibus cõtrastatui. Notũ enim apud neotericos, nonnullas eorũ quę tetigimus rõnes, conatum Scotum in quarto cõmẽtariorũ in theologicas sententias dissoluere, q̃q; reficere & instaurare illas multi curauerũt, & instaurari & refici illas ipsas, & cęteras etiã, quas alii labefactare conentur, non sit omnino difficile, sed & authoritates philosophorũ authoritatibus opponi queunt. Scribit Porphyrius & apud Peripateticos insignis expositor Aristotelis habit⁹, & a Seuerino Boetio ĩ logicis de interpretatione cõmentariis, magnopere obseruatus, & inter Platonicos tãtę authoritatis, ut philosophus

Io. Scotus.

Porphyrius.

per excellētiam nuncuparet, scribit inq̃ ad Boethum conuenisse homines in asserēda animę immortalitate, & rationes ad id allatas a philosophis fuisse, quas alii connent refutare, Ipse uero Porphyrius in libro de causis, quę ad intelligibilia conducūt, immortalem animam arbitrat, adeoq; in hanc propensus fuit sententiam, ut in libro de abstinentia, ab animalibus tertio, & rationales & immortales corū brutorum non abnuerit animas, quæ & sensu & memoria pollerēt: quod etiam Numenius existimauit: Certe ipse Numenius & Platonicorū quidā, irrationaliū animas immortales putauerūt. Sed hæc mittamus platonica: nec itē afferamus quæ solent uulgo etiam esse cognita, nec itē nac remus illa celebratissima de motu animæ semet agitantis, atq; ita dixerim, reuoluentis circulo: quoniā multis non saperent, quæ tamen nō solum peripateticis antiquis, Theophrasto & sectatoribus nō displicuerūt, sed Alberto cognomento Magno, adeo fuere grata, ut paucis mutatis fortissimæ demonstrationis nomine honorauerit in libro de animę origine, & ante eum Philopono tam magno ęstimata, in commētariis in primū Aristotelis de anima, ut demonstratiōnē inde colligere tentauerit, hanc. s. quam latinis uocabulis ex græco uerbū uerbo reddentes exscribimus. Anima est per se mobilis, quod per se mobile semper mobile, hoc autem est immortale, immortalis igitur est anima, sed & Themistius q̃q̃ ei non placet motum animæ conuenire tamen Aristotelem fere idē dicere existimat, si loco actus accipere motum uelit, & alias quoq; Platonis rationes Aristoteleis rationibus conuenire, & congruere putat, atq; eis maxime, q̄ ias Aristoteles complexus est in Eudemo (is autem est de anima Dialogus) cuius non solum ipse Themistius in Paraphrasi, sed in expositionibus etiam Simplicius meminit, ut non omnino humeris hominum onus importabile suscepisse Ioannem Picum Patruum, dū hac etiam in re Platonis: & Aristotelis concordiam pollicere tur, possimus aduertere. Nec afferam rationes ex iustitia diuina explicatas alibi. Nec item diuinorum eloquiorum testimonia, & eorū qui reuixere, & post obitum tulere opem

Margin notes: Numenius. — Theophrast. — Albert. M. — Philoponus. — Nota. — Themistius. — Simplicius. — Io. Picus.

opem nivis hominibus experimenta, quibus tamen utitur experimẽtis tanq̃ uerissimis, Aristoteles ad probãdã animę immortalitatẽ quãtũ attinet ad allatam opẽ, & reuelationes post obitum. Sed q̃m liber Aristoteleus ille in quo hæc scribunt minoris authoritatis duci posset, q̃ ut ullo modo præiudicium iis, qui contra sentiũt afferret, parcam laboris nã sub Theologiæ noĩe, siue mysticæ philosophiæ secundũ ægyptios, publicum arripuit: & pythagorica refert & celebrat dogmata, nec tñ sub hoc titulo ab iis qui antiquitus libros Aristotelis recẽsuerũt redactus in numerum est. Nec Iamblichus, qui loca citat Aristotelis ex opere de secta pythagorica, ut alibi rettulimus, aut huius meminit uoluminis: aut in ipso illa reperiunt, propterea nec huius libri utar testimoniis, nec miraculorũ nitar authoritati. Nam qui ex Euangelio animæ credit immortalitatem, illis non eget ut hoc loco repetant, qui ꝓbaudit euangelio, & cruci Christi aduersatur, uentreq̃ sibi Deũ cõstituit, tam eum nõ decet sacrum testimoniũ, q̃ male olẽtem suem præciosa margaris. Veruenimuero qui Theologis nostris nõ acquiescunt, Platoni salt̃e, Platonicisq̃ permultis, apud quos de immortalitate animæ, & rationes & authoritates habentur plurimæ, & experimẽta, eorũ qui reuixisse perhibent, tantisper audiãt, dũ abacta pertinacia diuini luminis euadant compotes, discantq̃ rationes quæ pro mortalitate solent afferri, uel nullius, uel certe leuissimi esse momenti. Sunt.n. qui plures: sunt qui pauciores afferant rationes: omnes tñ ut mihi uidetur, ad exiguum redigi numerũ queũt, & non falsitate solum, sed debilitate labant. Nam corpus adeo iunctum putãt aiæ, ut sine eo sese exercere ipsa nequeat, & pręcipue quãtũ ad id pertinet, in quo maxime pręcellit. Eximi enim illam dicunt omnino nequire, nec a subiecto, nec ab obiecto corpore, quare nec sine eo intelligere, nec sine eo superstitẽ esse posse, aut decernunt, aut maxime suspicant. Si uero soluta corporeo nexu fuerit, aut trãsmigratione pythagorea rursum reuerti illam, aut ocio torpere autumant. Atq; ita ad infinitũ numerũ excurri per mundi æternitatẽ. partem certe hominis ita tenent animam, ut propterea su-

Liber mysticæ philosophiæ Aristo.

Nota.

Rationes q̃ pro mortalitate adducũtur animę & paucas & debiles esse.

perstes esse pars nequeat, parte corrupta: proptereaq; ipm totũ uelint aboleri, existimantq; adeo illã unã esse cũ corpore, ipsa in hois cõstitutione, ut censeãt alterũ si abiungatur ab altero perire oino ipsum, quod est homini esse, atq; ita uel in numero formarũ naturaliũ reponũt, ut participatione dũtaxat immaterialẽ esse animã naturali ratione probatum uelint: uel hãc saltẽ opinionẽ probabiliorẽ ea qua solet immortalitas afferi, cõtendere nõ grauãtur. Hæc & si qua eiusmodi spargũt, ut intellectum quo ipsa intelligit aia, aut mortalẽ penitus cõstituãt cũ Alexandro, aut cum Auerroe oĩbus in hominibus unicũ, neutrũ, aũt horum uisum apud me dignũ est unq̃ ut ab hoie & ingenio & doctrina præcellente decerneret. Eos.n. qui ita dicũt aut nosse, aut meminisse oportet, tales esse humanæ animæ proprietates: ut ei nequeant inferiora conferri. Informat corruptibile corpus incorruptibilis ipsa, & superstes corpori, ut progressu late patebit: atq; ob id exercet & cũ corpore & sine corpore aliqua munia. Cũ stirpibus cum brutis, cũ superis mentibus habet aliquid cõmune. Sed hoc illi maxime proprium est ut quo cætera participant, quo quo mõ participet ipsa, & nihil ei tã oĩno simile sit. quod qui minus q̃ par est animaduerterũt, cõmunionẽ ei quãdã adscripsere, & partem hac, partẽ illac raptarũt. At nõ ita fieri debet. Seorsum.n. partes & earũ propriã naturã, seorsum quod ex illis componitur partibus percipere animo & perpẽdere opus erat, poterãtq; uel ex ipso Aristotele huius rei facile admoneri. Nã si ipse in metaphysicis syllabam ex a & b compositã, non a & b dixit esse, sed: ab: hoc est cõpositũ ipsum, nõ esse extrema, quãto magis in compositione mortalis immortalisq; naturæ perpendenda erat utriusq; partis, & eius qd ex illis componit proprietas? Atq; hinc etiã datur animaduertere nec mortalitatis, nec immortalitatis diuisionẽ, quã nonnulli afferre conati sunt, aut simpliciter aut quoquo modo satisfacere ad naturã animæ declarandam. Quæ enim ex iis dissultãt animæ propria, & querẽda sunt, & deprehẽdẽda: quod hac ipsa digressione pro uiribus moliemur. Nempe anima humana iuncta corpori uinculũ habet superæ inferæq;

Cõtra ipsas rõnes mortalitatis assertrices, quæ postea dissoluentur.

feræq naturæ, & quædam cum iis, quædam cum illis habet comunia, & tã quiddã proprium & peculiare possidet. Immo plura possidet, quæ illi proprie conueniunt suapte natura, nec sunt ei cũ cæteris plane cõmunia, q̃q̃ propriũ eius id accipi solet, quod in ea præclarius habetur, hoc est id quo superis mentibus a materia seiunctis proxima fit. Quare longissime fallunt, qui ex proprietate formarũ corruptibiliũ: naturã ꝓprietatesq humanæ animæ se se exploratas, & compertas habuisse putauerũt. Aberãt. n. non secus: quin & longe magis, q̃ si ex terræ ante oculos positæ proprietatibus, ignis nunq̃ cõspecti proprietates, maxime inter sublunaria mirabiles metirent. Qui ex platano, quæ sunt oleæ, qui ex urso quæ sunt leonis proprietates sagacitate ingenii tanq̃ uenarent, longe inquã magis, qm̃ eæ sub uno genere spẽs inuicẽ cõferunt. hęc uero plusq̃ genere distant, nimirũ rõnis & irrationalitatis nota. Diluuntur itaq oĩa quæ obiecta sunt facillime ex diuersis cõsiderationib᷑ in mediũ allatis, diuersisq distinctionib᷈ nullo labor̃ refutãt. Nã q̃tũ p. inet ad colligationẽ subiecti obiectiq corporei, ut propterea illi semper iuncta necessario sit primum fallũ tur q̧ quæ sub cõditione & suppositione ab Aristotele allata sunt, sine conditione sine suppositione percipiunt, quod paulo post hac ipsa digressione clarissime patefiet. Deinde relabuntur eo gradu quem supra signauimus, quoniã anima iuncta corpori id habet propriũ in quo nulli rerũ cõmunicat inferiorum, ut & actione & natura separari queat, & a subiecto, & ab obiecto corpore: ut clare cum rationibus, tum authoritatibus peripateticorũ progressu fiet manifestum. Poterit itaq & intelligere proprio usu manere, & superstes non solum esse poterit, sed erit, cum primum a corpore soluta fuerit, & reuertetur non pythagorea metempsychosi sed christiana palingenesia, nõ ociatura prorsus inaniter: sed deũ contemplatura fœliciter, si bene in uita egerit, sin minus affliget penis, quod q̃q̃ fide tenemus: naturali tamen ratione non est, uti existimant improbabile. Qua de re apud nostros Theologos multa. Nam nec erit in infinitas animas abitio; redituras ad corpus, nec

Nota diligẽter mortalitatis affectoc.

Dissolutio reiectarũ rõnũ quibus mortalitas asserebat, & ad loca ꝓpria relegatio.

Trãsitus animarũ regenetatio.

æternus sed temporis initio conditus mundus:ut & alii & nos quoq; alibi disseruimus. Nec absurdũ etiã præclarus quidã Arabs existimauit,qd & a sancto Thoma i theologica summa relatum est,res a materia seiunctas quæ nec pẽdeant inuicem,nec loco nec tempori obnoxiæ sint esse posse infinitas. Quo ad uero pertinet ad partem,ea multiplex est. Est enim pars quæ perficitur & interit,est quæ perficit & superstes uiuit. Quæ quidem & consideratur quatenus est anima.i.forma,& uita corporis:& quatenus ẽ essentia quædam,siue substantia intellectilis,qua corpus uiuificatur. In eoq; rerum,seu mauis,entiũ gradu collocata est, ut nulla alia creata res, quæ non sit anima humana, sibi queat prorsus componi & æquari,cuius existentia nõnulli ab eiusdẽ essentia siue natura,diuersam cõsiderãt, ipsumq; eius esse,& incorpore & extra corpus perpendunt, & hoc & illud naturale uolunt esse animæ:q̃q̃ nõnulli malint,hoc magis q̃ illud naturæ appellatione donari. Alii contra sentiunt,& alterum ut animæ,alterum ut substantiæ cõgruẽtius illi tribuendum arbitrent̃.ac propterea in ipsa dissolutione,totum qd homini est esse,non abolebitur sed in anima superstite manebit,jureq; & merito in formarũ immaterialiũ numero habebitur,apta ad se se potius trahere corpus,cui uitam impartit̃,q̃ a corpore trahi suapte natura caduco. Quare per se,nõ participatiõe,& a materia prorsus abiuncta est & immortalis. Quã longo discursu docet Aristoteles de generatione animaliũ differẽs nõ pẽdere a corpore quo ad originẽ pertinet, sed illud θύραθεν ἐπισιέναι hoc ẽ extrinsecus introgredi,de rationali parte loquor,quã νοῦν ille nuncupat mentẽ uel intellectũ interpretant̃ Latini.eundẽ uerbũ νοῦν Aristoteles frequenter ducit in mediũ & ne de intellectu abiũcto prorsus a corpore quidam falso uellent intelligi:idem se declarat author. Qui tertio de anima dum eius aperit essentiã,docet se περὶ μορίου hoc ẽ de particula aiæ disputaturum.qua intelligit & prudens fit,ut de cõiuncto & intimo humanæ animæ non abiuncto & sepetato se se differere cõmonstret. Idem νοῦν decimo nicomachiorũ ponit in homine & θεῖον hoc est diuinus asseri

tur:ipsumq; homini ὑπάρχειν hoc est inesse decernit:quo potiri hominem uoluit immortalitate.atq; ut eius utar uerbo ἀπαθανατίζειν sed hac de re qd Aristoteles decreuerit,græcorū etiā Peripateticorū & rōnibus & sententiis, paulopost clarissimum fiet.Sat sit paucis ostendisse & origine & essentia,& actionibus indicatum ab Aristotele nō esse animam rationalē corruptioni obnoxiā. Quā qui mortalitatis noīe suspectam habuerūt,ne dum lata sententia cōdemnarūt: ab ipsa naturæ lege uident recedere. Nunq̄.n.illa proprio intelligendi munere destituitur,siue corporeo utatur admi niculo,siue nō utatur,proprium illi intelligere cum phantasmate uolunt,ut anima est,sine phātasmate,ut est substantia intellectilis,atq; ita non pendere a corpore.Neq;.n.corpus eius est causa:q̄q̄ ei ad intelligendum ministrat phantasmata.Abusu.n.magno ea res dependentia uocaretur, qua tanq̄ instrumento utit id qd præcellit,& dominatur. Ergo & Alexāder hominis partem,qua sapimus,& cui potentiæ,siue potestatis intellectus appellatio facta est,impie sanxit interire cum corpore,& Auerroys quoq; sectatores impie eandem partē unicā, q̄q̄ immortalē omnibus in hominibus arbitrati.Ita.n.quod maxime proprium est hois: morte aboleret,Neq;.n.aut ea parte unica essemus hoīes aut ea quoq; parte intelligeremus,sed illa ipsa mens abiūcta,uice nostri & intelligeret,& iure diceretur intelligi:aut per eam formā si collocaremur in humana specie,non plures essemus hoīes,sed unus homo.Sed quoniam,uti supra dicebamus,uariæ considerationes distinctionesq; uariæ disputatoribus ansam præbent,ut quisq; negocium exhibere aduersario queat,ideo quid Aristoteles de animæ immortalitate senserit ex eius maxime discipulis & sectatoribus afferamus:postea eos qui ex Aristotelis uerbis mortalitatē inuehere sunt adnixi,non modo ostendemus aberrare,sed monstrabimus inde trahi argumenta ualidissima ad asserēdam aīæ immortalitatē.longeq; uero similius haberi immortalē animā esse ab Aristotele existimātā.Nec qdē id moliar ut ex eo negotio putemus magnā fieri accessionem nostræ Christianæ religioni,Quid.n.illi cū Aristotele, qui quoad

Quid deinceps agēdū.

uixit cæcutiuit in superstitionũ tenebris: & obambulauit in quodam quasi Hippodromo rerum sublunariũ multiplici, sinuatoq; magis, q̃ ille apud Pindarũ duodecies inflexus. Nos per nostrã religionẽ, & recta procedimus, & supercœlestib⁹ diuinæ ueritatis radiis illustramur: qua de re, si deus annuerit, dicatis uoluminibus scripturi sumus. Sed quod nunc instat exequamur. Primũ oĩum satis constat Aristotelem in primo de anima libro propriam definitionẽ attulisse in uniuersum, & alienas reprobasse. In secũdo de potestatibus eius sensilibus disseruisse. In tertio disputasse de intellectrici potestate. Cuius quasi in uestibulo, si diuisionẽ eam librorũ sequamur, quã inter initia cõstituimus, ubi unici uerbi immortalitatẽ cœpit aperire: cũ ipsam intellectricẽ potestatem nõ partis, sed particulæ idest græce μορίου appellatione citarit. Si enim partem uocasset abiunctam aliqui partem suspicari potuissent. Celebre enim illud de partibus animæ, nõ de particulis etiam ante Aristotelem discrimen, quando partem aliam præcordiis, aliã capiti, aliã alii membro quidã assignauere disclusam: qui lapsus facile nõ committitur in noĩe particulæ, ut quæ inhærere soleat, nõ disclusa cõsistere. Cuius rei inter huius cõmentarii principia meminimus. Verũ quoniã particula ea dixerat animã intelligere, & prudẽtẽ fieri, & intellectus nomen multiplex habebatur, de eo quo aĩa intelligit, & quẽ ante dixerat esse particulam animæ se se disputaturũ affirmauit Aristoteles per hæc uerba. Intellectũ aũt dico quo ratiocinat: & existimat anima, ita græce λέγω δὲ νοῦν ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή. Deinde, speĩ susceptorẽ esse intellectũ monstrauit, & q̃ a sensu differret cũ mixtus non sit, qd placuit Anaxagoræ: ac ꝓpterea cognoscere oĩa posset, q̃ esset impatilis, q̃ ualidior intelligẽdo fieret, nõ lassesceret, & tabefieret instar sensus a re sensili uehementiore prostratus: Iccirco separabilis & esset, & haberet. Hucusq; græci peripatetici oẽs, quorũ libros legerim, nõ aberrarũt. Solus Alexãder Aphrodisieus & se & alios fefellit, atq; ut inqui Philoponus, tria illa uerba immixtum, impatile, seperabile, ad

Quid Aristoteles de aiæ immortalitate suorũ etiã græcorũ interpretum testimonio senserit.

Contra Alexandrum. Philoponus

animæ

animæ immortalitatem asserendam ab Aristotele allata, tentauit corrumpere, qui q̃q̃ uarius in animæ natura habetur a multis, ut qui in scriptis de ea commentariis mortalem in questionibus nālibus immortalem asseruerit: nihilo tamen minus questiones naturales non ipsius esse Alexandri existimarunt pleriq; & antiqui omnes expositores in eo mortalitatis opinionem cōdemnarūt. Auerroys autem Alexandri errorem dum metuit, imprudens tam magno decidit lapsu, ut post eum tuerit magna philosophantium multitudo, quamquam uarius & ipse habetur: & sunt qui uelint ab eo præter intellectum illum unicum, intellectricem animam immortalem assertam, qui an recte senserint nescio. Illud certe scio, Theophrasti, & sectatorum, prætereaq; Simplicii expressam illā fuisse sententiā, ut paulopost eorū etiā uerbis ostendemus. Cæterū nō adeo clare antiquiores illi peripatetici locuti sunt, ut extra controuersiā simul aperirent animæ immortalitatem, simul reiicerēt eos qui existimassent mortalē. Varias enim & ipsi quemadmodū & Aristoteles declarationes interpretationesq; perpessi sunt, eo tamen usq; ad asserēdam immortalitatem propēsi omnes, ut etiā quibusdā uenerit in suspitionem, placuisse ipsis ut aīa sensitrix, siue mauis dicere sensualis ab interitu uēdicaret, quod apud Themistiū in secūdo de anima libro manifesto deprehenditur, nec a Thoma reiecti fuissent, si sensitricem animā, essentiam, non potentiā intellexissent. At posterioribus sęculis maius omnino studium apud græcos in Aristotelis & Theophrasti sententia, q̃ fieri clarissime posset explananda: quibus ꝓxime accessit. S. Thomas in suis commentariis, eo uero longe dissimilis, quod eorum plurimi intellectum humanum plenum formis uoluere: quod q̃q̃ noluit Alexander, Platonici tamen contendunt a ueteribus peripateticis non alieni, ut hac etiam in re paruum negotium exhibitum fuisset Ioāni Pico patruo meo in conciliando Platone & Aristotele eo quoq; dissimilis quod intellectus ille, qui extrinsecus aduenire dicitur, non partem animæ sed diuiniorem substantiam eorum nou

Cōtra Auerroem.

Quid inter S. Tho. & antiquos expositores græcos interfit.

Io. Picus.

nulli existimarũt: Alii extrinsecus illud, siue deforis (ut dici tur uulgo) aduenire diuerso modo sunt interpretati: tantum abest ut sensitricem extrinsecus aduenire, uti quidam autumarunt, plane decreuerint. Illud quoq; discrimen q̃ Græci illi celebres Aristotelis interpretes, alium intellectũ a quo humanus illustraret abiunctũ posuere: & aliũ quoq; supra collocarunt, a quo hic ipse lumen acciperet. Quibus authoribus Aristotelis mentẽ magis cognitã fuisse q̃ Alexãdro & Auerroi longe persuasissimũ esse debet bonis iudiciis. Quanto enimuero similius existimari potest a Theophrasto sententiã Aristotelis de anima, q̃q̃ multis offusam tenebris, clarius multo synceriusq; perceptã, cũ quo. s. deambulationũ Myriadas ipse cõsecit de animæ natura disputans: q̃ ab Alexãdro multis post Aristotelẽ & Theophrastum sæculis natos q̃ ab Auerroe nõ longissime solũ iuniore, sed p traduces alienæ linguæ coinquinatos Aristotelea perdiscẽtes. Itaq; ut capiamus initiũ a Theophrasto, & Prisciano Lydo Theophrasti expositore, Themistioq;, tã Aristotelis q̃ Theophrasti hac in parte paraphraste, particulatim bonos oẽs Peripateticos, Hammoniũ Philoponũ, Simplicium, Sophonicũ, Theodorum Metochitẽ, ex Aristotelis sentẽtia immortalẽ humanam animã decreuisse mõstremus. Sed qm̃ hæc ex itellectu deriuari immortalitas dicit, primo quid de intellectu decreuerint aperiamus. Multiplicis intellectus apud Theophrastũ, Themistiũ, & Lydũ ẽ mentio. Siquidem Lydus intellectũ humanũ citat, & animalem nuncupat, qui sit nec ut materia, nec ut sensus, sed species, omniũq; specierũ ipsa sua essentia comprehensor, qui eatenus dicatur esse in potentia, quatenus, & ad separatum pertinet intellectũ, qui intelligibilibus iũgitur, & ab eodem perficitur, comparaturq; puræ tabellæ, nõ proprie sed proportione quadã. Siqdẽ in se illũ uult habere species: & nihilominus perfici, a primo & separato intellectu, qd si Auerroi fuisset cognitum, non tot puto ambages in quinta Tertii de Anima Cõmentarii particula refudisset, & aliud quiddam tabellam esse rescisset, nudatam formis; q̃. quod uisus est uelle dicere, dum retulit distinctionẽ actus simpliciter

Nota lector.

Multiplex intellectus ap Theophrastum & Priscianũ Lydũ, unde aiẽ colligat imortalitas.

Cõtra Auerroem.

pliciter, & appositæ cōditionis, qua res, quæ recipit receptæ rei naturam admittit. Nam rite intellecta poterant eo pertinuisse, ut disceret intellectū habere suapte natura congenitas rationes: illustrari tñ, atq; ita eum quodā modo pati uoluit, & sic perfici, q̄q̄ & a se ipso perficeretur, quatenus expergiscit, seq; ad superiorem cōuertēs intellectū cū quo iungitur tanq̄ perfectionē suscipiat. Hæc de multiplici intellectu Theophrasti Lydiq; sñia, q̄q̄ & per intellectus quoq; nomen totam uitā rōnalē ab Aristotele & Theophrasto nūcupatam Lydus est author. Themistius intellectum ipsum potentiæ, quem ita ab intelligibilibus pati uoluit: ut perficeretur absolueretur q;, & quem neq; corpus esse, neq; corpore uti pro instrumēto: dixerat, & affirmauerat locum & cōceptaculum esse formarū, & ad animā tm̄ hominis pertinere, ad quā item pertineret agens intellectus, ita ut ipsos duos ītellectus duas humani aī differētias existimarit, atq; hūc oīa facere, illum ipsum fieri omnia, amboſq; unā rem esse, modo formæ atq; materiæ, quibus una res constituit, pluribus asseuerauit. Deinde immortalē esse hominis animum, qui nihil sit aliud q̄ homini esse, plane sanxit, & intellectum agētem, quem cum intellectu' potentiæ unū supra dixerat, hominē esse ex Aristotelis sentētia decreuit: nō recordari autē homines post mortem, propter intellectū patibilē, cōmunē atq; permixtum: qui corrupto corpore aboleatur, nullo modo siluit: quem qui a possibili non dirimūt inextricabilibus laqueis inuoluunt. Est. n. ille apud Themistium sensilis phantasia, intellectus noīe donata: intellectus uero possibilis: qui & potēriæ nomē habet, proprie ē intellectus, nō addictus organo, atq; ut hoc exprimeret clarius, a primo usq; uolumine & a secūdo quoq; nonnulla repetit: ut congruere quæ differuerat in tertio commostraret, hoc est intellectum q̄q̄ immortalem, post mortē non reminisci corrupto patibili intellectu, cuius utebat ministerio. Neq; enim uisu aut auditu proxime ad intelligendum utitur intellectus, sed phātasmate, quo destitutus eo modo nō utitur. postea uero & Theophrasti meminit, & eorum consutat opiniones: qui s̄m Aristotelem putauerant intellectum

Multiplex intellectus s̄m Themistiū unde aīæ immortalitas deducatur.

agentē aut Deū esse, aut propositiones, cū Aristoteles clamauerit intellectū hominis diuinū & impatibilē esse, & esse partē animæ rationalis præstantissimā, ex cuius sententia subinde colligit Aristotelem opinatū fuisse intellectum agētem aut aliquid nostri esse, aut plane nos ipsos. Hactenus Themistius, ac, ut mihi uidetur, clarissime intellectū agētē & in ipsa esse anima, & immortalem asseruit. Deinde uero ipso de intellectu subambigit, unus an plures, eoq; se se recipit, ut illuminans habeat unus. Multi uero illuminati, & subinde illuminantes, instar unici solis, & lucis, multos in obtutus distracte, & distribute. ppterea q; Aristotelē lumini comparasse intellectū, Platonē soli: qn intellectū & animū hominis Deo esse q̄ simillimū uolebat Plato: Nec absurdū uideri debere docet, si omnes hoies, qui ex actu & potētia cōditi dicimur, ad unicū intellectū agētē referanf: ob cōes pnotiones, ob mutuā intelligētiā ob disciplinā atq; doctrinā. Quæ uerba multis fuerūt erroris occasio, nō cōsideratibus quæ antea disseruerat de intellectu, & quæ postea dū intellectū potentiæ ex uerbis & sentētia Aristotelis impatibilem, immortalē, abiūctūq; decernit: abiunctū item eum qui agens est, & quidem magis, ac si quis inquit solem diceret magis separatū esse q̄ lucē, patibilē uero intellectum, indiuiduum a corpore, inseparabilem, & caducū asseruit, hoc est partē animi sensualē, in qua audacia, metus, spes, qđ qm̄ nō perpenderūt, quidā philosophātes exorbitarūt. Demū Theophrastū citat docentē intellectū potestatis, ita esse abiunctū a corpore & impatibilē sicut agens abiūctus est: ita & congenitū, ita deforis accedentē, qđ nō ita statuēdū monet, ut uere appositus inuectusq; habeat: sed qui statim ab ortu comprehendere nos, complectiq;, soleat, patibilem uero intellectū potentiæ quoquo modo nō abnuit, sed ita ut ad actū & perfectionē perueniat, atq; cum plura disseruisset ex Aristotelis & Theophrasti sententia, colligit aliud esse intellectum patibilem & corruptibilem, quem illi communem uocant, & corpore non abiunctum, aliud totum id quod ex intellectu agente & intellectu potentiæ

componitur

componitur, quod & separatum a corpore & incorruptibilem & ingenitum statuũt. Hammonius multiplicis & ipse meminit intellectus, sed modo longe diuerso, in primo tamen intellectu inter eos cõuenit. i. humano, qui & species formaue sit, & specierũ quoq; susceptilis qui quatenus est species, non sit potestate sed actu, & quatenus potest suscipere species: rationes rerum in se non habeat: habere quidem omnium in se notitiã uult, non expeditam tamen & exactam, sed tanquam descriptionem seu manus picturam adumbratam σκιαγραφίαν ille sua lingua nuncupauit. Qua in re damnauit Alexandrũ quod tanquam materiã cogitarit intellectum priuatũ formis: quãdo Aristoteles ipse specierum speciem appellauerit animam, secundam intellectus appellationem posuit cum res ipsas nouit, sed actu non cõsideret. Tertiam quæ & habitum simul, & actum asciscit, quẽadmodũ iis accidit qui quæ iam nouerunt: actu ipso contemplantur. Quarta apud eum est eius intellectus acceptio, qui superior immo supremus ẽ oium, & qui dictus est deforis aduenire, de quo noluit ipse ab Aristotele, hoc tertio libro mẽtionem haberi, sed de eo qui est congenitus animæ, q̃q̃ animæ congenitum intellectũ potentiæ, & aduenire extrinsecus Theophrastus Themistiusq;, & dixerunt, & exposuerunt. Pleriq; uero noluerunt. Nam præter Hammonium de quo uerba fecimus, Sophonius etiam, cuius mẽtionem faciemus in progressu, abnuit deforis aduenire, Philoponus autem in hoc ipso quem uolunt e foris accedere, siue e ianua hostioue (græce θύραθεν legitur) magnum iecit immortalitatis fundamentum. Id (ut iam diximus) in libro positum est secũdo de generatione animaliũ: multa quoq; ex primo de partibus animaliũ sumpsit, quos libros antecedere proxime libros de anima scribit. Ex quibus quicquid potuit collegit ad ipsam mortalitatem abolendam. Probat enim ex Aristotelis sententia, animæ separationem a corpore post eius interitum: fuisse docens uarias philosophorum de animæ separatione sententias: inter quas aliquæ extiterint quibus decre

Multiplex intellectus apud Hammoniũ unde aiæ immortalitas asseratur.

Sophonii opinio similis Hammonii, dissimilis ab utraq; Philoponi.

Quid Philoponus de immortalitate, ex Arist. sniã senserit.

tum, omnē animā sepetari etiā irrationalē & naturalē, siue stirpicā: qua in re damnat Numeniū tanq̄ Platonicis quibusdā uerbis deceptū: contra uero Alexandrū existimasse omnē animā inseparabilē, & tentasse Aristotelis sensa distorquere ut sibi ipsi uiderentur adstipulari. Quod ideo nō potuisse cōtendit, quoniā inter diuersas de separatione sententias, ita incesserit medius Aristoteles, ut aliam animam separabilem, aliā inseparabilem monstrauerit, in ipso maxime de partibus animaliū opere: & manifesta quadā operatione uitali, unā quāq; partē signari, & interstingui asseruerit: perquisiueritq; utrū operationē hanc nominari animam oporteret, uel partē animę uel nō sine anima, utpote qui multā nouerit latitudinē, uel potius profunditatē animatū. Item dū quesiit utrū de omni anima disputare pertineret ad physicum, uel nō de omni, sed de quacūq;, quæ nō esset sine materia, atq; hinc aliquā separabilē indicauit. Nā si de omni inquit Physicus disputabit, & de intellectu. si de intellectu, utiq; de intelligibilibus, nam sicuti sensiliū sensus. & ita intellectiliū intellectus. At de itellectilibus disputare ad primū pertinet Philosophū: & rursus eo in opere de affectionibus animæ uerba faciens, ita, cupidine, cæteris, qm̄ inseparabilia sūt a corpore, ꝓpterea inquit ad physicū ptinet cōtemplari de aīa: quæ nō est sine materia, quo fit ut animā etiā a materia sciungi aliquādo, & separari plane perspexerit. Primo quoq; de anima uolumine intellectum uideri essentiā quādā, quæ nō corrumperetᷓ asseruit, qm̄ id maxime contingeret obscuritate senectutis. In secūdo autē percunctatᷓ an potestates eius animæ ipsæ sint, an magis ipsius particulæ. de intellectu inquit & speculatrici potestate, nō adhuc esse manifestū: uideriq; genus animæ aliud esse, & huic soli competere ut separetᷓ, tanq̄ perpetuum a corruptibili. At in tertio uolumine intellectū quo anima intelligit, & prudens est, non misceri corpori censet. Rursum cum de intellectus & sensus differētia dissereret, docet sensum a uehementiore sensili affectū difiici, adeo ut minora sensilia nō hautiat. Intellectū uero quo maiora percipit sublimioribus hauriendis magis idoneū reddi: &

causam

causam affert eã, q sensualis pars nõ sine corpore, sua exe quitur munia. Intellectus autẽ minime addictus & obligatus est corpori in cõtẽplãdo: quẽ intellectũ & impatilem dixit, & separabilẽ, & immortalem, nõ meminisse autem, quãdoquidẽ minime patitur ut phantasia. Hæc ex Philopono Germanissimo peripatetico, libẽter duximus in mediũ ex græcis eius cõmẽtariis, partim interptati, partim quasi quadã paraphrasi colligẽtes, quæ & ad abolẽdã mortalitatem pertinẽt, & ex locis etiã adducta præcipuis, in quibus hac de re maxime disputatur. Nã quæ ex aliis Aristotelis libris solent proferri, metaphysicis, physicis, animalibus, de mundo ad Alexãdrũ, moralibus & aliis compluribus, etiã si ad rem faciãt, uarias tñ interpretationes facilius suscipiunt, q̃ ea quæ summunt ex libris in quibus ex proposito disputat de animæ natura: qm̃ aliena illa ex cõtextu non ita fulciunt. Sint illa in exemplo ex moralibus libris, ad mortuos pertinere aduersas res & prosperas cõiũctorũ hoium, ad quos nã quæso mortuos? nisi anima sit immortalis? item illa, moriẽdũ potius utpote minus malũ, q̃ agendum turpiter, & quo pacto minus malum? si anima cũ ipsa quæ in ea sita est uirtute aboleret? Quæ tñ q̃q̃ clara sunt, pleriq; uariis glossematibus inepte corruperũt. Sit etiã illud in exemplo ex. xii. primæ phiæ particula. xvii. Cũ. n. dixisset Arist. nihil phibere quo minus intellectus supstes sit. De intellectu Alexãder adepto interpretatus ẽ, Albertus adeptũ non eo mõ cœpit, Auerroys de separato, Sanctus Tho. de eo qui est pars aiæ in secundo maxime cõtra gentes uolumine dictũ rentur. Simplicius qui inter peripateticos magni magistri cognomine donatus ẽ in primo de anima cõmẽtario, statim fere mentionẽ facit rationalis aiæ & participati intellectus, ab ea quã mediã dicit inter species & res confectas ab illis: ut se tota, cõmunionẽ ad utrũq; se habere ipsa demonstret: fieriq; docet uti quod separabile est, secũdũ aliquã eius ipsius actionẽ interdum complicetur ei a quo nõ separetur, qui locus adstipulat plurimũ aliquibus ex neotericis Theologis, & illis quoq; potest maxime aptari, qui asserũt aiam, ut forma est, connotare actu, totũ cuius

Nota ex quibus libris trahi cõueniat quid Arist. de aĩa existimarit.

Nota q̃ uarie trahatur & multa ex pte corrumpat Arist. sñia:

Quid Simplicius d aiæ senserit immortalitate, & q̃ multiplicem intellectus mẽtionem fecerit.

est pars, ut supra dicebamus, siue coniunctionē ipsam partium actu, qua de causa superstes esse queat corpori p illā ipsam aformato. Cæterum nō multo post Simplicius ita colligit, sic igitur secūdū se ipsam incorporea, & immaterialis anima, tanq̄ corpori addicta & materiā consecuta, non corrumpitur, maxime enim corrumperet in senectute. Idē quoq; mentē siue intellectum νοῦν ille reponit, arbitrat esse animā rationalē a q in cōmentario tertii libri de aīa pdit ab Aristotele toto ipso libri tertii decursu uerba fieri de anima rōnali, quā & intellectū uocet, & rationē, & in qua sit & patiens & agēs intellectus, quē animæ essentialē & esse dicit, & ita probari ab Aristotele decernit, ut hinc facile deprehendas quæ subobscure Aristoteles nec clare admodū Theophrastus, dixerāt, paulatimq; nō nihil luminis acceperant a Lydo atq; Themistio, fuisse a Simplicio q̄q̄ aliud agente collustrata. Ad hęc ponit Simplicius alium intellectum anima meliorē, & participatū ab ea. Est enim (ut latine dicam quæ ille græce) proprius quidā in una quaq; anima participatus intellectus, hunc meliorem quoq; anima substātia esse asserit, connatū tn̄ & unitū animæ. Alium præterea imparticipatū & separatum intellectū animarū citat in primo de anima, quē dicit substātiā impatibilem, & optimam uitā, & summā operationē, & ipsum intellectile, atq; intellectionē & mentē, & æternitatē, & perfectionē solā, & terminū, & causam omniū, quē quispiā posset intellectum agentē nuncupare, ut quidā etiā existimarūt, quandoquidē Aristoteles putarit agentem intellectum eis ipsis pręrogatiuis pollere. Ideoq; & nuncupauerūt Deū, ea Aristotelis sententia male intellecta subornati: q dictus esset intellectus agens omnia facere: quos nō solum Hammonius reiicit docens, in his libris de Deo mentionem nō fieri, sed ipse quoq; Sophonius Paraphrastes, theologica non tractari in libris de anima aperte testat: atq; intellectū agētem docet ita oīa facere non ut omnia efficiat, quod solius est Dei, uerū ut intellectum potestatis omnium susceptibilem efficiat: atq; hoc pacto intelligibilia oīa nō simpliciter absolutoq; (Sunt.n. quædā suapte natura intelligibilia, sed

materialia

materialia & particularia intelligibili modo suscipiat: sic & intellectum potestatis omnia fieri non essen ia sed specie, qm̃ ea suscipit modo cognobili. Idem ipse Sophonius aliis hac in re & expositoribus, & iis qui scripsere Paraphrases, clarius omnino locutus, sine controuersia decernit, & possibilé, & agentem intellectum partẽ esse animæ diuinissimã, non substantiã abiunctam, & separatam, sed in una eadẽq; anima esse, atq; eũdẽ unicũ animæ intellectum, docet modo suscipere appellationẽ potentiæ anteq̃ exerceat, modo habitus dum non contemplat quod alioqui posset cõtemplari, modo actus dum speculatur. Id autem bifariã. Nam si sempiterna, & uniuersalia, & diuina, spectatiuus, si humana & particularia actiuus seu practicus dicitur, diuersis uidelicet muneribus & officiis, diuersa sortitus nomina. Hæc Sophonius, qui & rationes præterea ad asserẽdam animæ immortalitatẽ attulit, corrumpit inquit aliquid: aut quia compositum ex materia & forma, aut quia incorporeũ cũ sit, in corpore tamen est, uti figura in cæra, neutro aũt modo intellectus, qui & a materia abstractus & incorporeus, nec in subiecto, sed in se ipso firmatus est. Hãc sententiam si recte coniector per sua illa uerba, dant intelligere neoterici, esse intrinsecum, siue principium intrinsecũ subsistens quod per sui ipsius firmitatẽ Sophonius expressit: ex qua nimirũ firmitate apud eũ colligit necessario incorruptibilis, & sempiternus intellectus, ut qui per se sit actus nõ pendẽs a corpore, atq; idem sit: & potestate, & actu rationibus diuersis, quæ supra sunt explicatæ, nec deforis adueniat eo modo quo nonnulli sunt usi ipsum intellectum separatam substantiam arbitrati, sed in una & eadem sit anima, & in uno singulisq; hominibus, & ab eo qui potestate est, perfectione differentiat. Ad hæc nulla inquit potestas, quæ sit in corpore collocata, eoq; obsita, potest in se ipsam ipsa cõuerti. Simul enim cõuerteret & corpus in quo est: Nullũ autẽ corpus se sibi ip si aptare potest, sed neq; alteri, præterq̃ secũdum superficie. Intellectus aũt ipse ad se ipsum cõuertit se ipsum intuet, de se ipso querit et percũctat. Ipse se inuenit

Q. d Sophonius de aiæ immortalitate decreuerit & qũo.

Interpretatio authoris.

Cur intelle- ctus nõ sem per se intelli git.

incorporeũ,& sine interitu,q̃ si nõ semper se se intelligit, in causa esse arbitratur phãtasmata,sine quibus nequit intelligere:unde etiã obrepit obliuio. Alii uero id ferunt acceptum cuidã quasi dixeris familiaritati,qua magis extranea q̃ domestica queri soleant. Alii mirum nõ esse existimant, quãdo etiã animæ opus alteris non perpendatur. Priscianus uero Lydus intellectum semper agere demonstrat,animam uero intellectu non semper uti, quoniam ad corpora uertitur. Cæterum in tertio quoq; de anima Theodorus Methochites,ubi de intellectu uerba fiunt,clare sanxit ibi Aristotelem nõ de supremo intellectu fecisse uerba,nõ de uno.i.phantasia,cui & patibilis intellectus fecere nomen, sed de intellectu animæ.i.de parte rationali,quã in capite collocari Plato uoluit,& de qua Aristoteles quesierat num separaretur a corpore:& quam modo νοῦν.i.intellectũ,mõ λόγον hoc est rationẽ uocauit ad exprimendũ efficacius eo loci intellectus noĩe,rationẽ siue rationalẽ aĩæ partẽ significari,qñquidẽ intellectũ dicit incorruptibilẽ,& partim sepabilẽ,partim nõ sepabilẽ ut ille graece ὅτε χωρισθ' ὅτε δ' οὔ: q̃si id clarissime innuat qd Thomas,& alii postea expressẽrũt,quasiq; subnotet,nõ substãtia dũ uiuim⁹ sed actione & officio separabilem. Itaq; ex iis quæ monstrauimus a nobilissimis peripateticis expressa in opinione Aristotelis de animæ immortalitate perpẽdẽda,manifesto comprehendere possumus q̃ longe aberrarint & Alexander & Auerroys,& q̃ facile præberi potuerit ansa iis qui ex nostra religione arbitrati olim sunt,ex Aristotelis sentẽtia animã haberi mortalem. Potuerũt.n.facile ex Alexãdro qui arcẽ tum authoritatis in peripatetica familia tenebat, Aristotelẽ metiri:multo aũt errore nunc inuoluuntur asseclæ Auerroys & Alexãdri,qui ut ad rectã redeant eo libẽtius isthæc rettulimus authorũ parcẽtes nominibus. Res.n.taxãdæ semper homines si fieri potest nõ tangendi,qui si minus resipiscere uoluerint,pudeat eos etiã si christiani nõ sunt,nõ malle immortalitatẽ iam patefactã,& cõmuni omniũ pene gentium assensu celebratã,syncera in luce credere,q̃ ex obscuris philosophorũ puteis,& antris mortalitatem expiscari. Si uero

Quid Theodorus Methochites de aiæ immortalitate ex Arist. sñia.

S. Thomas.

Superiorum epilogus cõtra Alexã. & Auerroẽ & Sectatores.

Cur ex nra religione antiquitus multi diuerse a S.Tho. interpretati sunt Arist. niam.

Amicorũ nominib⁹ parcens uariæ opiniones taxant ueritatis gratia.

aero Christiano censent noie, pudeat eos si homines colere uolunt, nō malle cum Theophrasto, cum Themistio, cū Simplicio, cum Philopono, cum Sophronio, cum Theodoro Metochite, sapere, q̄ cum Auerroe & Alexādro desipere. ex eis enim quæ supra sunt allata, duo potissimū colligere possumus, primum q̄ anima rationalis intellectū in se habet agentem & patientem, quæ sint partes animę de quibus agit Aristoteles toto libri tertii decursu, ut ex ipsa intellectus immortalitate colligatur immortalitas animæ, quam nec Alexander nec Auerroys negassent, si agentem illē: patientē hic intellectum extra omnē controuersiā partes humanæ animæ putauissent, Atq; Auerroys quidē (ut apparet ex quinta particula tertii de anima cōmētarii) animi dubius fuit, dū illa assereret quæ sine ullo dubio, addo & sine ulla, aut certe parua uerecūdia, sectatores eius tanq̄ certissima disseminarunt, propterea eius opinionem quæ uulgata est de unico intellectu potestatis, non Auerroy, sed sectatoribus Auerroys supra tribuimus, Secundum colligere possumus duos intellectus anima intellectrici superiores a Theophrasto & Themistio constitutos, & clarius omnino a Simplicio, qui eum qui participatur ab anima, intellectum posuit, & eum qui non participetur, ut qui sit ab ea longissime superexaltatus, qua in re nō usq; quaq; uidetur abhorrere a nostræ religionis dogmate, in aiæ natura & eius superna illustratione declaranda: quādoquidē separatā mentem Angeli noie uocatam, humanæ assistere animæ, eidemq; cōsulere & ad fœlicitatem hortari credimus: Cuius illustrationibus sæpe dū nostræ prospicit saluti participamus: hunc esse agētē intellectū forte uel de longinquo subodorarūt, sicuti & Marinus Platonicus ut in digressione de intellectus agentis natura diximus, uel Dęmonum uel Angelū existimauit. Exprimere.n. uoluit eis nominibus naturā quādā inter Deū & hominem mediam, & apud Platonis asseclas etiā reperiuntur Angelorū nomina, sed & Archangelorū quoq;, dæmones etiā bonos eorū nōnulli existimarūt, & bonū cuiusq; Dęmonē leges ap̄ Proclū. q̄q Dæmonē omnē malum psellus nostræ consentiens re-

Quo modo possent de lōginquo trahi sniæ peripateticorū antiquorū ad nostræ dogmata religionis. Opinio uaria de agēte intellectu.

Cōtra gētes ligioni decreuit. Sed de iis alias. Deum aūt multi intellectū agētē (ut uidimus) existimarūt. Sed nos Deū ipsum illuminantē oīa, oibus ꝓspiciētē, dubio procul & credimus & cōfitemur: quē forte imparticipatū uocauit intellectū Simplicius supremæ excellētiæ & primæ dignitatis ergo. Quñ ēt Dioysius nostræ Theologiæ post Apostolos Doctor omnino primarius demitti ab eo lumen & circūuelatum suscipi nō abnuit, ut illud euāgelicū nō recenseā, ꝙ illuminat oēm hoiem, & præterea illud Iacobi, ꝙ a patre luminū perfecta dona descēdūt. Atq̃ huc forte, q̄q̄ nō proxime, respicit illa Platonica, & peripatetica comparatio, cuius & Themistius meminit, luminis uidelicet solisq̃: & unius intellectus illuminātis, & multorū intellectuū illuminatorū subindeq̃ illuminantiū. Summū quoq̃ in aia quiddā & Augustinus & alii ex nostra religione uiri doctissimi esse existimarunt, ut hinc mentem, & superiorē portionē apud nōnullos, & etiā apicē mentis quādoq̃ legas. Apud Simpliciū item præter ea quæ diximus: inuenies summitatē mētis ab eo ἀκρότητα nuncupatā. Ad hęc nostri custodē Angelū illustrare animā & a primo ortu assignatū custodem asseuerant: Simplicius quoq̃ de intellectu illo qui apud eum melior est anima, & participatus dicitur, non auulsus inquit est, sed συμφυῶς quasi dixeris cōnatus, & unitus, ipsius essentiæ: Nec hoc ab eo dogmate uidet discedere quo plane recipit, q̄d ē summum inferioris generis, coniūgi superioris generis infimo qua propter humana aīa in genere intelligētiū substantiarum infima, sui summitate mentis dicit coniungi superiori, & participato ab ea intellectui, cornatęq̃ substātiæ & in gradu superiori collocatæ. Ipsum enim intellectum uocat summitatē. i. sua lingua ἀκρότητα, qua superioribus iungi existimat, ut hinc forte Arabes quidā, adeptum intellectū, & postea suam cōiūctionē cū separata substā ia somniauit Auerroys, quod merum fuisse somnium, ex ipso met Simplicio si quis accuratius eius dogmata perpendere uelit, facillime coniectabitur. Nam q̄q̄ de ipso intellectu plurima dicit, & ꝙ ab eo ipso uelit πηγάζειν quasi dixeris a fonte scaturire, uitas, secundas, q̄d nonnulli q̄q̄ Simplicium

non legerunt sensisse quoq; Auerroem autumāt, moti quibusdam locis commentariorum ipsius. Volunt enim animam sensualem fieri ab intelligentia agente, & extrinsecus a motore multa iactantes, quorum sententiam q̄q̄ hoc loco non improbo, illud certe nō probo ibi allatum, ꝙ sensualis potestas dicatur uenire deforis, quādo nec intellectiuam extrinsecus eo modo uenire uoluerint Hammonius expositor, & Sophonius Paraphrastes Aristotelis quanto minus sensualem & illud deforis alio mō q̄ ꝯsueuerint alii Theophrastus expresserit. Sed uero similius existimauerim eo proni modo. Secundū Simplicium uitas secundas ab intellectu: quo modo dicunt quæ ima sunt in aliquo genere: puta uitæ, aut formæ, pēdere ab iis quæ prima & pręcipua sunt in illo genere. ita ego sensum Simplicii interpretatus fuerim: qui semper de anima hūmana locutū Aristotelem affirmat: In eaq; & patiens principiū ponit & agens quod cā sit eorum quæ fiunt: & seipsum intelligere possit quod separabile sit, & simplex, & expers ἀζωίας hoc est, si per linguam latinā dicere liceret, inuitalitatis, & paulopost hæc subiecit, quæ uerbum reddentes uerbo transferimus, quod enim de anima, & nō de participato ab ipsa intellectu, neq; etiam magis de eo qui non participat, sed de anima nostra & iam memoratum nobis est, & etiā ex multis utiq; quis intelliget: quo mō enim potestate: uel quo modo aliquādo non intelligere: uel aliquādo separari: & paulopost qualem nam inquit dubitationē haberet cur nō reminisceremur, si de ꝑpetuis intellectibus & q̄ nos melioribus loqueret: quo i loco Simplici⁹ uidet Themistiū declarare. Sic enim a posterioribus erga priores agi consueuit, intellectum illum Themistii agentem, atq; intellectum potentiæ, non esse substantias ab anima abiūctas, sed ipsa in animæ essentia a prima origine constitutas. Verum quoniam Multi hæc aut non nouerunt, ignoratione græcæ linguæ, aut si nouerint, hæsere tñ adeo tenaciter, aut Alexandreę, aut suæ ipsoꝝ opinioni, ut inde non facile queant auelli, dispiciamus quid nam sit illud Aristoteleum quo

Interpretatio sensus Simplicii.

Verba Simplicii trāslata

ꝙ Simplici⁹ Themistiū declaret.

q̄ uideantur nonnullis ex Arist. imortalitatē oppugnare, ea ī mortalitatē retorqueri.

tusum illis sit probari mortalitatē, idq; nō dissoluamus modo, sed tanq̄ hostile telum, in nos ab hoste missum, in hostē ipsi retorqueamus. Occurrit ante oia Aristotelea illa sententia primo de anima uolumine collocata, qua decernit animam si proprium habet opus, quod non sit ei cōmune: cū corpore, contingere ut separetur, si non habet, minime. Quæquidē sentētia, q̄q̄ mihi nō uidetur eiusmodi ut magni sit momēti ad mortalitatē uel imortalitatē (ut pleriq; censent) comprobādā, tñ quia nō defuerunt, qui aboleri eā cū corpore ea de causa uoluerint ab Aristotele existimatū: cum intelligere ipsius animæ dicat esse, non sine corpore, nec sine phantasmate: ostensuri sumus primum, q̄ locus non est idoneus ad quęstionē hanc in alterutrā partē asserēdā: deinde si fundamentū ibi sit aliquod, cui quicq̄ superstrui queat: id immortalitati construēdæ maxime substerni. Fuere inter peripateticos qui id ipsum ab Aristotele prolatum existimarint ea solum de causa, ut ostenderet animam nō extitisse anteq̄ corpus caducū informaret: quod Pythagorei, Platonicíq; asseuerabant, nec aliud ex hypotheticis illis enthymematibus colligere uoluisse Aristotelē idq; ex Philoponi Cōmentariis haberi potest. Fuere & qui argumentationibus ipsis nihil inesse uitium putauerint, etiam si ad immortalem uitam quæ post mortem hominis est, respexisse uelint Aristotelem. Est enim cōsideranti facile percipere, & ibi quicq̄ nō asseuerari sed ex hypothesi procedi, si, particula intermedia: & connexū ipsum ab aliis dici probabile, ab aliis possibile & contingens, non aūt necessariū, ab aliis uero in uocabulis positum æqualis momenti, cum id quod est separatū esse posse, & propriū esse: uelint inter se reciprocari atq; conuerti. Ab aliis uero creditum Aristotelē non argumentari, sed medium quo possit trahi argumentum separationis, nomine proprii operis patefacere. Alio item modo sumitur, ut nō unum sed duo sint connexa, per se se ueritate nitentia, non argumentandi, & in alterutram differendi partem uice proposita: Atq; ita uno modo Themistius, & post Themistiū Auerroys. Alio Egidius. Alio alii conantur Aristotelē, uendicare a calumnia, quādoquidem

q̄ multiplex opinio eius Aristotelis p̄positionis si propriū habet opus.

Philoponus.

Themistius. Auerroys. Egidius. Alii.

ut

(ut aiunt) a destructione antecedẽtis propositionis, ad destructionem cõsequentis argumentatur. Sunt qui minime quidẽ hoc pacto disputari: sed ueritatẽ opinant aperiri: quę in tertio lib. ex propriis animæ operibus explicetur. Cæterum sparsæ eo loci argumentationes multæ sunt cum hac ipsa, quæ tamen ibi neutiq̃ discutiunt, nedum absoluunt & decernuntur. Atq; ad augendã etiam difficultatẽ de animæ natura differendi, posita ibidem quæpiam sunt adeo ambigua, ut obscuritate multa inuolucrisq; tegantur: quæ nihilominus secundo eiusdem operis uolumine, & tertio, sine dubio citantur, & clarissime euoluta splendescunt. Nã phantasiã quam antea dubitarat, nũ differret ab intellectu in opere procedẽte differre omnino censuit, sub dubio ẽt qd positum uidebat, num propriũ opus haberet anima: & sub conditione repositum extimabatur, uti aliquã de anima cõsideratione ad physicũ pertinere colligeret, propriũ tamen opus habere, & tũ satis innuit, & in secũdo insinuauit, dum docuit aliquas aiæ partes, quæ sint actus corporis non separari, ut intellectũ ab eis distare monstraret, quem in tertio prorsus asseruit, nec habere organũ subiectũq; corporeum aliquod cuius actus sit eiq; ipsi permisceatur, neq; fieri calidum aut frigidum, quemadmodum eæ res quæ corporeis additæ sunt organis. Vnde nec p se neq; ex accidenti potestatẽ intellectricẽ esse uoluit in corpore: quatenus anima est forma corporis, cum intellectus nõ habeat corporeum aut subiectũ aut organum. Atq; hinc ex Platone docet Themistius intellectũ nõ habitare in corpus, nisi intermediis animæ pticulis aliis, & potestatib⁹. At inquies cur tam subtili disputatione multi propriũ animæ opus & cõmune distinguunt cũ id ex Aristotele satis perspiciatur asserẽte ipsum intelligere maxime assimulari proprio, idq; ad organũ, ad rem obiectam, ad partẽ primo operãtem & elicientẽ opus referunt, & inter operationẽ & operantem animam discrimen adducũt, ut inde mõstret Aristotelem inclinatum fuisse ad opinandũ, non separari animam quæ proprium nõ habeat opus, quod non sit ei cõmune cũ corpore. Affirmant. n. id quod sub conditione in primo posue Dubitatio siue obiectio.

Multiplex responsio siue solutio.

rat libro. In tertio sine ulla conditione repetiisse. Ego uero primū id afferam: fuisse inter nobiles peripateticos, qui nō solum conditionē, sed connexi uim sint aperte causati: siue id connexum, seu consecutionem dicere mauis, siue consequentiam, qđ uocabulum nō modo nunc frequentissimū apud Iuniores dialecticos, sed quandoq; etiā Iureconsultis in usu fuisse ex digestorum libris colligit, causati inquā sint connexū ipsum, siue consequētiā hāc, si propriū habet anima opus separabilis est, quādoquidem Themistius obiicit

Themistii solutio.

oculum, & manū, quæ & propria habēt opera & minime sunt separabilia: atq; ita obiicit, animi dubius, ut litigiosam & cōtrouersam questionē sit arbitratus: nā non ita propria sunt ut sine reliquis membris exerceant. Id enim uoluit intelligi quādo, quod maius habet, intellectum dum anima corpori iuncta est, sine ministerio aliquo corporis non solere intelligere per receptam in Lycio regulā nō ignorabat quare qui mirantur eā ab ipso non solutā quęstionē desināt mirari: cum ea quæ obiecit ita dissoluisse uideatur, ut ostenderit cōnexum minime necessariū. At omnino necessariū illud uisum est, si proprium non habet opus, non separari, quapropter necesse nō erat aliā solutionē meditari. Simpli

Simplicii solutio.

cius (ut mihi quidē uidet) subtilius hanc rem & diligētius excussit, nā q̄q̄ oculi & ipse ingessit exemplum, tñ inde collegit propriū nō esse id quod separabile, quæ tamen inter se conuerti plurimi existimant. Propriū enim inquit oculo uidere, nō tamen sine toto, ut nō solū regulam illā, de qua supra locuti sumus, uideat agnouisse, sed inde uoluisse elicere ex ꝓprio illo opere separationē nō esse statuēdā. Illud quoq; adiecit gubernatorē nauis inseparabiles hr̄e opationes, & separabilem esse secūdum essentiam: ut posset inde colligi, non prohiberi, quominus id quod separabile est, & separatū sit, suapte natura, quapiam tamen actione com

Authoris solutiones īter quos ꝓpria collocatur.

plicetur ei a quo non separaretur. Mihi autem nec illa connexa a nonnullis allata, uidentur solida base niti, si propriū non habet opus non separatur, si non est sine phantasmate, non cōtingit ut separatur. Nec solum quia primum sub

cōditione

cōditione, ut diximus, & suppositione ꝑlatū fuerit, utpote qua nō materiæ ueritas sed conexi potius forma indicetur. de qua ibi nulla apud Aristotelem quæstio, neq; qd plerią; conditionē reiiciant. Sed quoniā & potest habere aliquod opus propriū, ita corpori ipsa in coniunctione iugatum, ut discerni nō queat ex actione ipsa & ex effectu, qui prodeat ab utroq;, & quoniā multi quod attinet ad secundum, affirmāt sine phātasmate aiam posse intelligere, q̄q̄ nec semp nec oībus hominibus id contingat. Sunt enim qui initio id uelint tribuere, sunt qui assuetis contemplationi, & multa experiētia supra uulgus inter intelligendū sublatis, tam & si nequit id propterea discerniculo aliquo signari in uniuersum: quādoquidē id munus sit paucorū in præsenti rerum statu, omniū uero cū a corpore separata mens fuerit, qua de re in progressu plura, qd si quæraf exemplū clarius experimentū afferri potest eoꝝ qui ita affirmāt: an uero proprio experimēto affirmēt, an alieno: ab ipsis opus esset percunctari. Certe magni in peripatetica familia uiri, ut ap̄ Auerroem, Auicennam, Albertum percipere datur, sine obiecto corporeo intelligere animam quādoq; posse decreuerunt. Quæ etiā si non intelligeret obiecto corporeo extrinsecus hausto: propterea non diceretur ociosa apud eos qui cōgnitas in ea species asseuerant, & apud illos qui delineatas affirmāt a quibus etiā dici quiret, quod ei separatæ ꝑpriū est, ut fiat communis corpori, cui etiā uitam, quam corpus per se nō habet, ipsa largitur. Retinebit igitur qd suum est, hoc est intelligere. Vnde etiā frustra uidef allata distinctio, separationis realis, & formalis, quarū hæc possibili, illa agēti intellectui tribuaf. Quoniā & possibilis est separatus a corpore, modo qui supra monstratus & late declaratus in digressione de natura ipsius intellectus potestatis. Verū si malumus, ut ex ea hypothesi pēdeat questionis tā euētilatæ momētū, & ansa ꝑbeaf, aut imortalitatis aut mortalitatis asserēdæ. Age iā ipsum propriū, ipsum separabile seorsum examinemus. Ac mihi quidē uisum ē a Latinis & Arabibus, ut græcos taceamus nō fuisse allata oīa operis aiæ

Auerroes. Auicenna. Albertus.

De proprio & separabili

proprii significata, nec factã mẽtionẽ eius proprietatis qua colligi separatio possit, & cuius notionem hauserit Aristoteles: si recte illum sensisse existimemus. Est enim præter oẽs illos significatus qui supra sunt allati, afferenda proprietas animæ, quæ ex eius natura profluit, qua imis summisq; cõmunicat. Cuius capiendæ proprietatis, supra non nihil ansæ præstitimus, non quidẽ ut ea semita siue simpliciter, siue quoquomodo aperiremus iter imortalitatis: sed quatenus ostenderemus ea quę ipsi tribui solẽt, emmẽti quodã mõ in ipsa ita claudi, ut nihilominus uere & ꝓprie sit imortalis, q̃q in corpore mortali quępiã exerceat munia. Est igitur isthæc proprietas ipsi aiæ humanæ, ut sic dixerim, tam peculiaris ut cæteris non competat rebus siue inferioribus siue superioribus. Nã ut ipsa anima a qua ꝓprietas fluit ulli rei, quæ non sit humana anima æquari nequit, sic nec eius proprietas, ullis quæ de rebus aliis manant proprietatibus omnino cõponi, aptariq; poterit. Et quidẽ triplici conditione redimitur, nanq; & receptione, & actione, & agendi modo ab aliis omnibus dirimitur atq; secernit. Nam si fiat mentio cõditionis eius: quæ ad receptionẽ pertinet, anima suscipiendo omnia, quodãmodo est omnia: ex intellectu, n., & re intellectili fieri unũ dicitur, & ita etiã intellectus proprio sibi & mirabili modo fit cognitus, quãtũ uero ad actionem spectat lumen intellectus abstrahit, & illuminat, efficitq;, ut qui potentiæ intellectus dicitur, recipere possit oia. Quantum aũt pertinet ad agendi modũ, non est addictus organo, qui & si corporei obiecti ministerio agit, sine illius tamen agere potest adminiculo, uti apud græcorũ multos, apud Arabes aliquos, apud Magnũ quoq; Albertum, uti diximus, percipi potest. Nam alii quidẽ phantasiã summo illo initio, ut anima substãtia est quædam intellectilis, non ut anima est, alii postq̃ omnia nouerit, dicunt non esse necessariam. Alii dum discit tantũ opportunã tentur. Alii in rebus tm̃ naturalibus dignoscendis. Alii non per se, sed ex accidenti coniuncti corporis. Imaginantur.n. quidnam sibi illi suapte natura proprium, cõmistione sequestrata, & ipsa postea in cõiunctione gradus quosdam distractos aio

Triplex aiæ cõditio peculiaris.

Quibus modis intelligẽti sit imago necessaria apud uarios uaria sñia.

uoluunt, ut ad summũ cũ peruenerit cognitionis, eã superiori intellectui sine ullo phantasmate copulẽt, qui q̃q̃ non ꝓbenť hoc loco a nobis, tñ Aristotelis sese dicũt sequi sententiã, ideoq̃ illos aduersus assertores mortalitatis adduximus. Sed ad opus ipsi propriũ aĩæ intellectrici, & multiplici prędirũ cõditione redeamus: Eo opere ipsa reponiť in altissimo rerũ inferiorũ gradu: quãdoquidẽ ex eis actionibus operationibusue, indicať natura uidelicet eius ipsius, a qua dimanant, sicuti effectus ꝓpriã a qua fluit atq̃ deriuať cãm manifestat. Modus aũt operãdi (loquar Parisiensium ritu) cũ inferat modũ essendi, & cũ sublimior sit ille operationis modus de quo sumus locuti, & corporeis formis omnibus præcellenter emineat: sublimiorẽ quoq̃ esse animã ipsam colligere oportet: cuius illæ sint actiones: adeoq̃ non a corpore solum, & cõmunibus ei cum corpore affectionibus & operibus, quibus etiã stirpibus: brutisq̃ cõmunicat, separari illã sit cõsentaneũ, sed specie ab omni alia inferiori quæ cum corpore interit natura, & corpori prorsus esse superstitem. Est & alia siue ꝓprietas, siue proprietatis cõditio qua ui intellectus separať nõ a magnitudine & loco, sed a corporeis affectionibus & uiribus, quæ mediæ quodã mõ sũt inter corpus & animã, ut hinc quot argumẽta mortalitatis assertores traxerunt, ex hoc aĩæ opere, tanq̃ ex Aristotelea pharetra, ut instar telorũ in aduersarios iaculenť, tot sane in eosdẽ retorserimus, multiplici animæ declarato opere. Nec mihi quoq̃ obtundere ullo pacto acuminati cuiusdã teli aciem uideť illa repulsio, a sphær æ cõditione mutuata, illius inq̃ teli non esse mixtũ intellectũ corpori, quoniam & nõ misceť & intelligit, respondent nõ sequi nõ esse mixtũ, etiã si non misceať secũdũ essentiã, & secũdũ formã: atq̃ ut illi dicũt (liceat mihi eorũ uti uerbis) quidditatiue & perfectiue: cũ tñ esse possit, ut solũ misceať & existat in corpore & corporaliter, exemplo sphæræ, quæ tametsi non est physica, nihilominus non existit nisi in physicis. Non obtundit inq̃ eius aciem, siquidẽ exemplũ illud sphæræ, præterq̃ qđ nõ quadrat omnino rei cui est aptatum. Illud.n. mathematicũ, hoc naturale: nõ est etiã allatũ nisi gratia operationis,

Cõtra respõsionem sumptã ab exemplo sphæræ.

non quæ sit animę propria, sed aiæ ipsi, corporiq; cõmunis quæ quidē operatio corpus afficit, & afformat. Deinde nõ potest ullo modo exēplū congruere, quoniā talis formæ i. humanæ animæ, talis est natura, ut potestatem præcipuā obtineat quæ superet munus omne corporeū, & cum actu sit, sit etiam cū potest: te. Hinc illud Theophrasti absurdū esse existimare, ut intellectus qui est potentia, actu nihil sit quādoquidē positus in actu alter quidā est, & rursum alter quando se ipsum non intelligit. Diuerso.n. modo conside/rari & intellectus & anima potest: & diuerse quoq; & affir/mari quippiam de ipsis, & negari: propterea, Lydus eius expositor, permutatione accipiēdū docet id, quod proferri solet, animā & actu esse, & in potentia & huc forte conueni re potest, quod nõnulli contendūt, cõsiderari posse animā diuerse, ut aia est, ut substātia intellectilis, eiq; inesse pro/prietatē hanc diuersa ex consideratione: ut q animæ tribui non posse uidet, ut anima est, tribui certe possit ut ē substā/tia intellectilis, exēplūq; illud sphęræ huc aptant, quādo rectū quod a sphæra tangitur ut iunctū est materiæ, nõ tā/gitur ut separatum, quoniā rectitudo ipsa cogitata tū qui/dem est nõ immersa materiæ, propriū itaq; maximeq; pe/culiare, animæ humanæ inter formas quæ corporibus ca ducis coniunctæ sunt, coniungi corpori ut forma: & præ/terea ei non immergi, eo modo quo eæ merguntur animę quæ intellectu pręditæ nõ sunt. Itemq; propriū ei ut actio/ne polleat ea quæ corporea nõ sit, sed ab oi corporeo mu/nere separetur ex ipsa potētia dimanans, ut intelligēs sub/stantia, quare nec similitudo, nec comparatio ulla quadra bit, rerum aliarū, maxime inferiorū, ad animæ naturā de/clarandā allata. Si enim proprietatem hanc (ita dixerim) maxime propriam, esse formam corporis, & corporeo in propria functione organo non egere, nec a subiecto depen dere corpore, satis animaduertissent, non tā multa in philo sophia monstra spectaremus, primæ tantūmodo particu/læ consideratio seorsumq; perpensio (ut mihi uisum) occa/sionem præbuit Alexandro ut intellectum potestatis corru ptioni obnoxiū iudicaret. Secundæ tantūmodo scrupulo/sior

Margin notes: Theophrast. — Prisc. Lydus — Occasio erroris Alexandri

sior examinatio, Auerroi præbuit ansam, ut unicum autumarit intellectum potestatis, ita eum plerique sine cõtrouersia fatentur sensisse. utrãque qui simul percipit iungitque, proprium animæ munus, & immortalitatẽ facile consequit. Ac, ut mihi quidem uidetur, cõsiderãti diuersa hominum ingenia, facile est inuenire, quos unam in rem ita deprehẽdas propensos, ut ad alia siue seorsum, siue simul contemplanda, uel rudes habeantur uel negligentes, deprehẽdas & alios qui cum nõ assueuerint rebus intellectilibus, uix a corporeis rebus auellas, propterea ualidissimas uel de animæ immortalitate, uel de quapiam re sublimi, & a corporis seiuncta nexu, rationes non admittant, quibus actutum acquiescãt ii, quos constat in contemplandis rebus intellectilibus esse uersatos. Quæ uero argumenta ex ipsa separatione traxerunt, q̃q̃ repulsa uideri queunt, dum de proprio animæ opere eoque multiplici, siue prædito multiplici conditione egimus, tamen si placet ualidius etiã retorqueamus. Sunt apud Peripateticos de separationis modo uaria placita, quoniã alii rationalem animã ab sensibili separari uelint quæ corrumpat ipsa: ut qui plures cõmẽti sunt animas: quod uisus est uelle Plato, & inter Peripateticorũ sectatores nonnulli etiã ex nostris Theologis. Alii ita separari ut inferiores nõ aboleantur uites, sed quodã quasi modo sopiãtur ut quæ sint sine corpore ab actionibus immunes. Themistius separatũ etiã agentem & potẽtiæ intellectum uoluit ita, ut hunc luci, illum soli cõtulerit. Atque Simplicius intellectum participatum etiam seiunctum retur, multoque magis eum qui participatus non sit, abiũctum arbitratur: Alii sepationẽ capiũt agẽtis intellectus ipsam ad phãtasmata relationẽ nouã: qua in uniuersũ quodã mõ res mãles cõprehẽdant, quo fieri uolũt uti agẽs intellectus, eas dicatur abstrahere q̃q̃ re ipsa quicq̃ ꝑprie nolũt effici. Alii uel sepationẽ, uel elõgationẽ, uel absentiã q̃dã imaginant, qua nõ separet, quidẽ aia: sed nihilominus eo dicat separi, ꝙ a mã nõ pẽdeat q̃tenꝰ exiltit, atque hoc mõ ꝑpetuũ a corruptibili dispesci dirimique decernũt, qua i re ẽt bifariã nõnulli seiunguntur. Sunt enim qui aiam, ita separari uolunt, sunt qui

Occasio erroris Auerrois.

De proprietate humani ingenii.

De sepatiõis mõ uaria. uñ & respõsiões & repulsiões aduersariorũ imortalitatis colligũt

Plures opiniones de separatione.

actionē malunt intellectus ab ipso phantasmate: quod existimasse Auerroem quidā putant. Abstractionis quoq; & separationis eius meminit Lydus ex dogmate Theophrasti, qua potentia intellectrix res materiales agnoscit. Vt.n. sunt aliqua suapte natura separata a materia. Alia uero nostra tm̄ intelligentia separant, ut quæ abstractione ipsa percipiunt, sic & intelligi utraq; uoluit. Alia quidē ut re uera seiuncta. Alia ut ipsa tm̄ modo cogitatione separata. Atq; ex hac separatione trahi potest ingens immortalitatis argumentum, utpote cū separatio minor maiori separationi accepta referatur, & quæ dicuntur non re ipsa quidē sed cogitatione separari in eam, quæ suapte natura sunt separata rite perducantur. Sic omnia quæ a materia participatione quadam sunt abstracta satis constat animam quæ suapte natura essentiaue separetur, plane reduci, ut ad id quod & separatū est magis, & minoris ipsius separationis est causa, ut magis ex Lydo q̄ ex Aueroys cōmentario de somno, isthæc possit abiunctio & colligi & comprobari. Sunt & q separationē depēdentiæ citent aduersus eā quæ ab illis, actuationis, dicitur, allatā, sed & possem alios separationis modos adducere ex Platonicis, si uellē egredi Lycæum: In quo deambulans, tot iā tela collecta sunt ab aduersariis missa, ut eorū met telis ipsi profligari queant. Nā si separatā multis animā modis, conditionibusq; maxime illi peculiaribus aduertant, cogent coniunctioni quā habet cum corpore nō inhærere, sed suspicere & admirari ipsius animæ præcellētiā, suapte natura ante ipsum corporis nexum perpēsam: qua proxime accedit ad mentes ab omni materia prorsus abiunctas, & tanq̄ in collimitio superæ & inferæ, terrestris & cœlestis coniunctæ & abiūctæ naturæ collocatur. Qui enim cōtendunt proprietatem operandi absq; organo, non inferre (ut ab eorū uerbis nō abhorreā) separabilitatē: aduertant primū ex iis quæ diximus se se facillime confutari. Deinde cōsiderent ab Auerroe multis in locis & physicæ auscultationis, & Secūdi de cœlo Libri, & xii: Metaphysicorū, & operis de substantia orbis, affirmari animam, qua decreuit informari cœlum, intellectricē esse

Argumentū aduersę ptis. Prima cōfutatio ex præcedētibus. Secūda cōfutatio ex Auēroe.

separabilem

separabilem esse. Immo separatã, nec organo addictã, cũ tamen ex ea, & orbiculari corpore cœlesti ipsius Auerroys sententia constituat, & componat cœlũ. Isthæc autẽ explicare minutatim nolo, sed tñ principalia signare loca. Doctis enim & in peripatetica philosophia maxime uersatis, nõ uulgo, non triuialibus philosophis, & iis qui uerba quo minus intellecta sunt, eo magis admirãtur, hæc scribimus. Iam apud illos, uti existimo facile fuerit perspicere: & illud argumentũ nihil habere uitiũ. Si obiectũ corporeũ hoc est phantasma non abiicitur: uiã non relinqui ex rebus sensilibus probandi separatum esse intellectum. Elisum est enim ipsum argumentũ ex eminentia illa, & multiplici præcellẽtia intellectricis aiæ. Reiectumq; multis modis apud eos philosophos quibus depositum est in albo Iudicis, nõ semper esse necessarium, ut qui intelligit imaginetur, siue speculetur phantasmata, ut supra satis est indicatũ. Retusum etiã a uetustis & nobilissimis illis Peripateticis, Theophrasto, Hammonio, cæteris, qui concreatas in anima species admisere. Frustra quoq; cogitata illa distinctio separationis inter utrunq; intellectũ, quoniã illum qui agens dicitur particula isthæc VERE diremerit, & seiunxerit ab eo, qui potẽtiæ suscepit appellationẽ, particula enim illa VERE expressa non inuenitur in græco contextu: quæ si etiam inueniretur, non significaret separatum esse (ut eorũ loquendi more utar) in essendo. Arbitrarium hoc expositionis genus & uiolẽtũ. Separatus enim est intellectus apud bonos Peripateticos separata aĩa, nec secũdũ substãtiã depẽdet a corpore: q̃q̃ illud informat: nec ab ipsis actus corporis dicit ipse intellectus proprie, licet sit aiæ pars uel potentia: Vñ a quibusdã & separatio depẽtiæ, & sepatio cuius supra meminimus actuationis (ita enim loquunt) inuecta est, quarum hæc intellectui, illa animæ, cuius est intellectus tribuitur, aduersus eos qui magis separari intellectum q̃ animæ substantiam fabulantur, modũ non aduertentes, quem ẽt potuerãt a Themistio discere, qui tam & si (quod supra diximus) separatum magis facit intellectum agẽtem, eo qui potestatis dicitur, hunc tñ instar lucis, illum solis instar se-

Solutio multiplex argumenti in obiecto corporeo fundati.

q̃ ex ptextu minime syncero pbita sit alicuius erroris occasio

Epilogus totius digressionis.

paratum arbitratur. Ergo si & proprietas animæ, & separatio, & cætera quæ supra citata sunt, seorsum cõsiderentur: tum simul perpendant & conferant inuicẽ, non mõ soluta esse sed reiecta, sed in aduersarios immortalitatis retorta, quotquot ad hãc diẽ uidimus argumẽta: cõstare facile poterit. Nã q nulla aiæ sepatione, q nullo actu, officio ue, aut actione, quæ propria esset animæ, mortalitatem eius inuehere connabatur, ex iis quæ digrediendo disseruimus facile uicti, separationem multiplicẽ, multiplexq; ipsius opus, maximeq; propriũ fatebunt, nisi maxima teneant puicacia: ex quibus separationibus proprietatibusq;, illa ipsa immortalitas & asseritur, & celebratur. Sed quoniã tot iam sunt allata, ut fortasse uideat transgressus legem digressionis, ad contextus Aristotelei declatationẽ redeundum est.


FINIS.

Impressum Bononiæ a Hieronymo de Benedictis Bonoñ. Anno Dñi. M.D.XXIII. Mense Iulio Adriano Sexto Pontifice Max. regnante.

REGISTRVM.

a ii b ii c ii d ii e ii

Leander Albertus Bonon. Prædicatorius, Illustri Principi
Io. Francisco Pico Mirandulæ. S.


Vperioribus diebus, Dominico Thodiſcho Mirandulano meo conſectaneo, uiro integerrimo, internuntio, tuam illam de Immortalitate animæ digreſſionē, ad me abs te trāſmiſſam, ſane q̄ Christiano homine, atq; de Christi fide benemerito dignam, maximis exactā ſtudiis, nec minori doctrina refertam, accepi. Qua quidē animæ humanę immortalitatis hoſtes, tāto ſtudio, tāto ingenio, tātoq; uirorū doctiſſimorū, cū Græcorū, tū Latinorū teſtimonio, cōſutas, ac profternis, & ueræ doctrinæ aſſeclas reficis atq; ſuſtētas, ut iure optimo, noſtrę illibatæ, atq; caſtiſſimę religionis Imperator dici queas. Proh nefas, qua inſcitia, quaue ſtultitia & audacia ii ducunt, qui oī ſtudio adnitunt, ac inſudāt baſim omniū bonorū hoīs operū cōuellere, dū animā noſtram morti eſſe obnoxiā, ac in nihilū redigi, uinculis ſolutam corporeis, cōtendūt ſub quodā adumbrato colore Ariſtotelē aſſerētes ipſius nō probaſſe īmortalitatē. Quos quidem tua hac in digreſſione recte illū nō intellexiſſe cōmoſtras. Age, timeāt, ne aliqn̄ ſuæ demētiæ pœniteat, tūc ſcilicet, qn̄ mortalis an immortalis ſit illa, in ſui exitiū inſeliciter experient. Igit digreſſionē a te mihi miſſam uno in exēplari, tibi in quinq; ēta redactā, ut profeſſoribus, & aſſertoribus Christianæ religionis, maxime proſit, qui animā hoīs poſt corporis ſolutionē prædicāt, & firmiter credūt, remitto. Quod opuſculū tāta uoluptate ille noſter Flaminius uir undecūq; doctus legit, ut protinus exclamauerit unū eſſe Io. Franc. Picū, qui rē Christianā hac in re pleriſq; in locis collabētē, mirifice ſuo acri ſtudio reſtituerit. Vide igit quāti te faciat ille uir rarus, qui nō ceſſat etiā omni hora, omni tēporis articulo, Picū, ſeu magis illā literatorū unicā Phœnicē ſuo in ore habere de ea mira oīa loqui, de ea ampliſſimis præconiis prædicare. Verū hactenus de his. Vale unicum literarum Specimen, ac Christianiſſime Princeps, & Leandrū tuū ama. Bononia. xvi. Cal. Iulias. M.D.XXIII.